

**H**ora autem nona circumspiciebat frater ille  
 viam. si forte vocaret eum senex ad come-  
 dendum. **P**ostquam vero transisset hora no-  
 na venit ad senem. dicens ei. Nunquid  
 hodie non comederunt fratres abba. **C**um  
 senex fateretur ait ille. Quare me non vo-  
 casti. **T**unc dixit ei abbas Siluanus. Tu  
 homo spiritualis es. et non habes necesse  
 hanc escam. nos autem tanquam carnales opus  
 habemus comedere. ideo opamur. tu au-  
 tem bonam partem elegisti. **L**egis enim  
 omni die. et non vis carnalem escam acci-  
 pere. **Q**uod cum audisset. cepit penitere ac  
 dicere. **I**ndulge mihi abba. **T**unc respondit  
 ei Siluanus. Ergo necessaria est martha  
 marie. propter **S**arabam enim et **S**aria lau-  
 damur. **D**icebant ergo abbate **J**ohanne  
 breuis statum. quod dixerit aliqui fratri suo  
 maiori. **N**olebam esse securus sic angeli sunt  
 securi. nichil opantes. **H**inc intermissio  
 fuerit deo. **E**t expoliatus se quem vestitus erat  
 abiit in beremum. et fecit ibi ebdomadam unam  
 et reuersus est ad fratrem suum. **E**t dum pul-  
 saret ostium. respondit ei antequam aperiret dicens  
**Q**uis es tu. et ille dixit. **E**go sum **J**obes  
 et respondens frater dixit ei. **J**ohannes  
 angelus factus est. et ultra inter homines non  
 est. **A**lle vero pulsabat dicens. **E**go sum  
 et non aperuit ei. sed dimisit eum affligi usque  
 mane. **P**ostea vero aperuit ei. dixit. **S**i  
 homo es. opus habes iter operari. ut pa-  
 scaris. **E**t ille penam agens. dixit. **I**gno-  
 sce mihi frater quia peccavi. **Q**ui  
 dam frater impugnabat a spiritu blasphemie  
 et erubescere dicebat. **E**t quicumque audisset  
 magnos senes. pregebat ad eos ut illis de-  
 clararet. sed mox cum peruenisset iterum vere-  
 cundabatur illis dicere. **C**um ergo frequenter  
 ad abbatem **P**oemenem veniret. vidit eum  
 senex hntem cogitationes et dicit ei. **E**cce  
 frequenter venis ad me hntis cogitationes. et  
 sic iterum remeas. tecum illas reportans.  
**D**ic ergo mihi fili quod habes. **A**t ille ait. **I**n  
 blasphemiam impugnatus me dyabolus et erubescere  
 habere dicere. **E**t mox ut aperuit leuior fuit ei  
 impugnatus. **E**t dicit ei senex. **N**on potest

vis fili. **N**on haec cogitatio ad te venit. **D**ic  
**E**go hac causa non indigeo. blasphemiam ma-  
 lup te sit sathanas. **H**anc enim carnem anima  
 mea non vult. **Q**uacumque autem carnem noluerit  
 erit non diu permanebit. **E**t statim sanus fa-  
 ctus frater ille discessit. **D**ixit abbas  
**M**oyses per has quattuor res passio gi-  
 gnitur. per habundantiam escae et potus. et per sa-  
 cietatem somni et per ocium et ocium. et orna-  
 tis vestibus incedendum. **D**ixit abbas **P**o-  
 men. quae admodum impatoris spatari? **S**i  
 illi assistit armatus. ita et animam aduersus  
 demonem hntem oportet esse semper paratam.  
**D**ixit quidam senex. **S**icut venenata ani-  
 malia fortiores herbe vel pignora expellunt  
 ita cogitationes sordidas oratio cum ieiunio  
 repellit. **A**bbas machabaeus dum in  
 illa solitudine in qua solus erat maneret. in-  
 fertor autem plena esset fratribus. sero per viam  
 circumspiciebat et vidit demonem venientem  
 in figura hominis vestitus mica linea perforata  
 et per singula foramina vascula sua depende-  
 bant. **E**t dicit illi senex. **Q**uo vadis ma-  
 ligne. et respondit ei. **V**ado per mouere fra-  
 tres hos qui sunt inferi. **C**ui senex dixit  
**E**t propter quod tot vascula fers tecum. **A**t ille  
 dixit. **C**ustodi sero fratribus et ideo tanta sero  
 ut si unum displicuerit. ostendam aliud et si il-  
 lud si placet porrigam aliud et fieri non potest nisi  
 unum ex ipsis aliquod placeat eis. et haec dicens  
 discessit. **P**ermanens autem senex iterum viam  
 circumspiciens usquequo rediret. et cum redi-  
 ret. dicit ei **S**alueris. **D**icit et ille. **Q**uod  
 istud mihi verbum dicens. quia omnes mihi  
 contrarii facti sunt. et nullus meis precibus  
 acquiescit. et dicit ei senex. **E**rgo nullum  
 habes amicum. **A**t ille respondit. **U**num habeo  
 amicum vel ipse pensat michi et quoties  
 me viderit peruenit huc atque illuc. **C**um  
 nomen eius ab eo requisisset. ait. **Q**uia the-  
 opentis dicit. **D**iscedere illo. mox surre-  
 xit abbas **S**acharius et descendit ad in-  
 fertorem beremum. **Q**uod cum audissent fra-  
 tres. egressi sunt illi obviam. et unusquisque  
 sperans. quod apud se maneret. praeparavit se. **A**t  
 ille requirens cellam **T**heopentis ad eum